
3662.
HR
Joannes Caselius, Henrico Belovio & Elisabethæ Schrammiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

DA BOX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

HENRICO BELOVIO ET ELISABETHÆ SCHRAMMIÆ ſponſis nobiliſſimis.

IOANNES CASELIVS.

ROSTOCHII

Excudebat Stephanus Myliander.

Anno CIↃ. IↃ. XXCIII. IV. Id. Feb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

AD HENRICVM BELO-VIVM VIRVM NOBILISSIMVM, SEnatorem regni Danici, ſereniſsimi FRIDERICI ſecundi regis conſiliarium, & præfectum in prouincia Coldingenſi.

DIA reuoluebam cupido monumenta labore
Scipiadæ comitis docti, cum Muſa legentem
Suauidicæ vocis monitis caſtigat amicis:
Linque Gades, linque Heſperios, et flumen Iberum
Linque Pyrenaeos ſcopulos, Rhodanumq́; ruentem
Alpesq́;, Eridaniq́; amnem, iugaq́; Appennini:
Atq; à conſiliis verſus populiq́; ducumq́;,
Reſpice, quà forſan per cærula rectius ires,
Seu terra pedibus, primo gratatus amico:
Qui Megales-poleos claris digreſſus ab oris
Trans mare, quo fortes degunt ſub climate Dani,
Sceptrigero regi, procerum plaudente caterua,
Carus ita, vt longè qui ſit cariſsimus vnus,
Nymphen Schramiadū gentis modo ducit Eliſſam.

Sic

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

Sic ait: huc igitur cæpi deflectere mentem:
Ac mihi tu Belouiadûm flos inclute ſalue,
Et mea vota lubens lege. Nam quæ forte requiras,
Seu tu, ſiue alij, cur hæc tibi, quæſo, negentur?
Si tenui cultum filo deducere carmen
Arcitenens iubeat: ſi ſalſos læta lepores
Pieris inſpiret: qua re mihi parcit amicè.
Ergo faces alij Veneris, natiq́; ſagittas
Suauiſonis, (cur inuideam?) tibi verſibus edant,
Et fidibus certatim & voce, per aurea tecta,
O recreent animos veſtros, & pectora regum.
Quin genus antiquum referant auriq́; talenta,
Et vires validas alij, ſpeciemq́; iuuentæ,
Cunctaq́;, pro imperio quæ dat fortuna rapitq́;:
Quorum cum videas montes ſe tollere cœlo,
Momento tamen abſtulerit leuis aura repenti.
Si quid in humanis magnum & durabile rebus,
Omniaq́; hic ſi non penitus nihil eſſe putandũ eſt;
Ingenium virtusq́; vigent, viuuntq́; per æuum.
Hinc etenim cœli quodcunq́; ſub axe bonorum eſt,
Pendet, & haud alius fatorum naſcitur ordo.
Nam qui Pierias pectus coluere per artes,
Ingreſſi virtutis iter, non ſegnibus auſis,

Ceu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

Ceu palmæ Libani ſublimi in vertice ſurgunt:
Pectus Pierias ſi qui coluere per artes,
Non veluti vulgus, mendaci forte ceruſſa
Qui tingant faciem, et doctrinæ nomen adumbrent:
Sed contra, ingreſſi Ioue natæ virginis arcem,
Extulerint imis adytis myſteria rerum:
Nec qui vana ferant præ ſe ſimulacra, putentur,
Illicet affectent, certis virtutibus aucti:
Sed de quorum animis manant, vt fonte perenni,
Verba bona, atq; bonis facta omnia cõſona verbis.
Non faciant cuiquam ſpecie tenus aurea fucum,
Quæ tamen interius vix æra Ephyreia condant,
Sed potius ſilices aut quoduis vile metallum.
Præſtat enim purum ſinceri pectoris aurum,
Quàm variè pictis benè ſignatisq; figuris,
Siue foris rude ſit, ſeu dædalea arte politum.
Sic nos ex aliquot nos inter nouimus annis
Vt bene doctrina cultos, & pectore puro.
Sed neq; quid de me, neq; de te dixero rectè.
Namq; mihi nimium poſsim placuiſſe videri,
Qui tamen in memet modo plura & plura requiro:
Aut tibi adulari: quo non ego turpius vllum
Eſſe putem, & longè fugiendum cuiq; bonorum.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

Quod tamē in patria, quodq́ extra Teutonis oras
Gloria te ſequitur comes, & non deſerit vnquam;
An non ex animo ſolidè ſacra gaudia gaudes?
Nonne alij tecum, quorum non liuida mens eſt?
Ipſe ego lætitiam capio, cum teq́ tuiq́
Perpaucos ſimiles, in regum conſpicor aulis:
Non iam magnifica gaza, nec honoribus aureis,
Non, quibus improbitas bona cultrix fraudis abundat,
Sed caſta pietate animi florere fideq́:
Quamuis exilio longo palatia regum
Dicantur pietas dudum fugiſſe, fidesq́,
Nec, quod erant ſolitæ, turritas incolere vrbes:
Vix humiles habitare caſas ſub paupere tecto,
Siue etiam volucri tranaſſe ſub æthera penna.
Sed ſunt relliquiæ ſæcli melioris in orbe:
Forte, velut denſas rapido in fluuio inter arenas
Lucidulus grumus procul hinc inde emicat auri.
Non etiam ſophiæ & virtuti præmia deſunt
Perpetuùm: ſed eas ecquis, niſi peſsimus, odit?
Hæc ſophiæ vis eſt, hæc vis virtutis, vt in ſe
Conuertant hominumq́ oculos & pectora regum.
Cui, Belouiade, cui non in amoribus eſſes,
Dotibus ingenij primis ornatus, & acer

Officij cultor, ſiue à te publica quid res
Flagitat, aut patriæ princeps, humilisúe colonus?
Iure igitur coluit venientem Dania felix,
Proq; ſuo proceres & iam non hoſpitis vmbram,
Vnanimi ſenſu, in regni legêre ſenatum:
Idq; ratum nutu fecit rex optimus, inter
Chriſtiadûm reges, pacis qui munera ſolus,
Pacis amans, ſeruat: ſed nec timet horrida bella.
Namq; ardens animi cum quondam prælia iniſſet,
Celſa ſigna redux hoſtilia fixit in æde:
Indeq; victrici redimitus tempora lauro,
Non bella ex bellis, non arma ex fortibus armis
Seuit, vt Epirj væſana mente tyrannus,
Qui poſuit vitam in caſtris & ſanguine multo,
Qui gratæ pacis latices abſinthia tetra
Credidit, & plenis Bellonæ nobile virus,
Impatiens Cyneæ monitorum, faucibus hauſit.
Non ita: ſed palmæ claro decoratus honore,
Rex tuus auguſta veneratur mente Mineruæ
Pinguem oleam, & partæ cuſtodit dona quietis:
Lumina terrificans etiam flammantia Martis,
Quando parat claſſem, legiones, cetera, ſi qua
Præter conſilium, rerum fors poſtulet vſus.

Inte-

Intereaq́ꝫ ſacrum ius dum partitur in omnes;
Irrogat iniuſtis pœnas, & præmia dignis
Munificè confert, ſeu quem prudentia tollit,
Militiæue decus: Clarias quoqꝫ ſubleuat artes.
Quare, tum de alijs, tum de ſe, Muſa merentem
Grata canit, merito priſcis heroibus æquans.
Longius at quo me ſcribendi prouehit æſtus?
Hoc egi, vt bona cuncta tibi gratarer, & vnum
Præcipuè, quod nunc procedit ſidere fauſto:
In quo, crede mihi, noſtræ eſt perfectio vitæ.
Felix, qui ſociam thalami tibi legeris illam
Millibus è multis, animus cuj ſpectet ad aſtra:
Virtutum pietas ſecum tota agmina ducit,
Atqꝫ huic nulla comes pede pernici ire recuſat.
Vin, aliud? viuas, tecum tua viuat Eliſſa:
Viuite, & optatum felices tranſigite æuum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]

3662.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3662 4° [42,-168]